

78 N 13 L627 X3013634

JVSTAE LACRYMAE,  
QVIBVS  
JVSTA PATERNA  
VIRI  
NOBILISSIMI, CLARISSIMI, HVMANISSIMI  
NEC NON DOCTISSIMI,  
DOMINI  
M. NICOLAI  
KUPFFERI  
IN GYMNASIO CATHEDRALI, QVOD  
MARTISBURGI FLORET,  
COLLEGÆ TERTII MERITISSIMI.

POSTQVM XLII. ANNOS DE FORMANDA IBIDEM IVVENTVTE  
OPTIME MERVERAT, RVDE DONATVS ABIIT, ET SEPTEM FERE ANNIS  
POST, QVIBVS OCVLORVM LVMINE CARVIT, ANNO ÆTATIS  
LXXVI. d. 9. NOVEMBR. MDCCXXVI. O.R.

PLACIDVS, AC BEATVS IN CHRISTO  
DECESSIT,  
PIE PROSEQVITVR  
DEVENERANDI SVI, AC CHARISSIMI PATRIS  
MOESTISSIMUS, FILIVS  
M. JOH. CHRISTIANVS KVPFFERV  
GYMN. MARTISB. COLL. III.

TYPIS LEHMANNIANIS.



Kapsel 78N 13[62]

AK



Trā dies ! funesta mihi MATRIQUE dolenda,  
Fratribus & planctu nimium lacrymabilis  
alto ;  
Atra dies ! charis funesta sororibus hora !  
Ergone ades , coelique minas effundis & iram ?

Nulla dies nobis miserae formidina tanta  
Horribilis surgat , quamuis micat ignibus æther ;  
Quantam tristiam , luctum lacrymasque fluentes  
Attulit hæc nobis lux acri plena dolore ,  
Qua GENITOR noster corruptus funere mœsto  
Occidit , atque iubar nobis detraxit amœnum .  
Decessit nobis animorum dulce levamen ,  
Præsidiumque decusque domus jam corruitatæ ,  
Et mortis telo , capiti diadema coruscum  
Detractum nostro jacet , alta & noëte sepultum .  
Inferias ergo da nostro , Musa , PARENTI .  
Fundie pias cinerilacrymas , floremque caduceæ  
Spargi rotæ , laticesque facios , pro fronde cupressi  
Funereatumulum palmae , laurique coronent ,  
Viætrices palmae , Musarum insignia lauri !  
Fundito jam mecum lacrymas charissima MATER ,  
Plangite functis pleni singultibus omnes  
Frates , quos redamos charæ plorate forores ,  
Quas GENITOR semper tenero dilexit amore .  
His lacrymis nostris pariter quoque culta palæstra  
Gymnæsi , & studiis præclaris dedita turba  
Adjungit gemitus , quos motat candor amoris .  
Sicut enim hortorum cultor viridaria curat ,  
Ut palmae & cedri succrescant usque virore ;  
Uttulipæ surgant , & candida lilia vernalent .  
Sic itidem PATRI curæ fuit illa iuentus ,  
Qui præter linguis pietatis semina sparrit ;  
Moribus & pulchris virtutibus imbutillam ;  
Quo pueri similes cedris , palmisque virerent ;  
Floreque perpetuo superarent lilia verma .  
Agricolæ non tam præcordia leta mouentur ,  
Qvum videat latas segetes accrescere campis ;  
Quam tacitam PATRIS tentabant gaudia mentem ,  
Semina doctrinæ quum non dispersa yideret  
In rupe , atque via , vel dura cuspidi spinis ;  
Sed bonus esset ager , qui non lactabat inanem

Spes frugum dubia; sed justo tempore fruges  
Multiplices, patriæ proferebat commoda larga.  
Quid? GENITOR noster Iuuenum agmina ducere amabat,  
Per fidei calles ad sanctæ dogmata vitæ:  
Ut teneros agnos Pastor per pascua ducit;  
Curat, & assiduo vigilat, ne forte resistant;  
Aut quoque deflectant ad deuia tesaqua periclis  
Expositi variis; aut bestia deuoret illos.  
Hic labor, hoc PATRIS studium fuit omne per ævum,  
Hanc habuit curam, dum viueret, ille, beatus.  
Sic viuum exemplum nobis præluxit in illo  
Clari HILDEBRANDI, quo Praeceptore fideli  
Instar Daduchi PATER est fideliter fusus.  
HILDEBRANDUS erat doctusque piusque MAGISTER,  
Gloria sola Dei studiorum meta suorum  
Exitit, & CHRISTUS cui cordis sola voluptas.  
HILDEBRANDUS item faciebat munera solers  
Officii, & semper porrecta fronte docebat,  
Inque fide vera permanxit ad ultima fata.  
Talis erat GENITOR noster, doctusque piusque:  
Numinis in laudes semper sua munera geslit,  
Humani generis SERVATOR gaudia solus  
Largiri poterat, quum tristia fata mouerent  
Curas, aut illum premeret malesana catervæ  
Fratum, quilinguæ mordacis sæpe veneno  
Sincerum insontem tentarunt trudere ad orcum;  
Permanxit patiens subter cruce; Fronte serena  
Instituit fidei compatislos, languida membra  
Quamvis vel senio vel morbo pæne laborent  
Denique confusus CHRISTO tristissima fata  
Vicit, & hæc miseræ vitæ lamenta reliquit;  
Ese penes CHRISTUM cupiens ascendit ad arces  
Numinis eterni; coelesti luce coruscus  
Angelicisque choris adjunctus geslit, ouatque,  
Nec non ter SANCTUM celebrat sine fine IEHOVAM.  
Fortunate SENEX, GENITOR dilecte per ævum,  
Dum reget hos artus & moribida spiritus ossa.  
Queis cumulare bonis: quis jam tua gaudia narret?  
Gaudia perpetuos Tibi duratura per orbes,  
Quæ nemo his terris ymquam perspexit ocellis,  
Aure nec attenta percepit cordeque tensit.  
Sed quibus in tenebris vita nos linquis amaræ?  
Dum PATER a nobis cessisti duxque comesque,  
Consiliis, precibusque tuis qui semper adefles  
Rebus in aduersis, queis pectora nostra premuntur.  
At PATER acclamat: Mi fili! fletus!  
Et reliqui nati, natae cum Conjuge chara  
Omnes cognati lacrymas jam suscite vestras.  
Audiit ex cœlo dudum mea vota precesque

Optimus ille PATER, radiantis RECTOR Olympi.  
Cujus ad arbitrium superas transuersus ad arces  
Lætitia cœli fruor & terrestria temno.  
Sistite jam lacrymas, mea pignora, sistite fletus!  
Mors mihi non damnum, sed gaudia mille creauit;  
Transtulit ad vitam me demto sine beatam;  
Jam video JESVM spectandus luce perenni,  
Et caput ornatus sancto diademate vitæ.  
Sistite jam lacrymas, mea pignora, sistite fletus!  
Namque dies veniet, quo CHRISTVS luce serena  
Cœruleæ nubis vectus de morte vocabit  
Ad patriam cunctos, quam nobis ipse parauit  
Sanguine purpureo, credens PASTOR ouilis,  
Et summo merito, nimur morte SACERDOS  
Immerita referans clausi sanctissima cœli  
Atria. Tunc iterum mécum viuetis in annos,  
Tristitia, gemitu, lacrymis, & fine carentes  
Lætitia immenæ; Tunc mécum cantica semper  
Electos inter repetitis grata JEHOVÆ.  
Absint hinc lacrymæ, mea pignora, sistite fletus!  
Interea fungi mandato munere vobis  
Pergite, & exemplo PATRIS non vlla procella  
Dimoucat mentes recto de tramite vestras;  
Aut crux a CHRISTI detorqueat vlla statutis;  
Ille PATER summus, rerum cui Sola potestas,  
A dextris semper stabit, dextraque potente  
Præsidium vobis præstabit, dulce leuamen  
Suggeret, atque dabit, qua pectora vestra beabunt.  
Hæc ait, & læto solamine pectora firmat  
Defunctus GENITOR, nunc terque quaterque beatus.  
Salue sancte PARENTS! lacrymas has accipe iustas,  
In Te perpetuum flagrantis pignus amoris.  
Salue iterumque PARENTS, qui nos per tempora vitæ  
Iuuisti precibusque tuis, studioque fideli!  
Nunc agitas latus pacem, fruerisque piorum  
Alloquo, & dictis illos affairis amicis:  
Ast ego Tc, GENITOR nullo non tempore gratus  
Et benefacta canam Tua, siquid carmine possum,  
Huncque diem, dum fata sinent, ego semper acerbum,  
Semper honoratum solenni carmine habebo;  
Ante leues supero pascentur in æthere cervi,  
Et freta destituent nudos in littore pisces;  
Quam TVVS ex nostro labatur peccatore VVLTVS.

[o]

78 N 13 C682 X3013634

JVSTAE LACRYMAE,  
QVIBVS  
JVSTA PATERNA  
VIRI  
NOBILISSIMI, CLARISSIMI, HUMANISSIMI  
NEC NON DOCTISSIMI,  
DOMINI  
**M. NICOLAI**  
**KUPFFERI**  
IN GYMNASIO CATHEDRALI, QVOD  
MARTISBURGI FLORET,  
**COLLEGÆ TERTII MERITISSIMI.**

QVI

POSTQVAM XLII. ANNOS DE FORMANDA IBIDEM IVVENTVTE  
OPTIME MERVERAT, RVDE DONATVS ABIIT, ET SEPTEM FERE ANNIS  
POST, QVIBVS OCVLORVM LVMINE CARVIT, ANNO ÆTATIS  
LXXVI. d. 9, NOVEMBR. MDCCXXVI. O.R.

PLACIDVS, AC BEATVS IN CHRISTO

DECESSET,

PIE PROSEQUITVR

DEVENERANDI SVI, AC CHARISSIMI PATRIS  
MOESTISSIMUS, FILIVS  
M. JOH. CHRISTIANVS KVPFFERVS  
GYMN. MARTISB. COLL. III.

TYPIS LEHMANNIANIS.



Kapsel 78N 13[62]

AK

